Tiat nobis. Qui ꝓfeſſionem fecit licet in clauſtro nũq; permanſerit ſed in ſeculo et ſuis bonis vſus fuerit ad obſeruantiã regularẽ cõpellitur. h. d. primo cõſultatio. ſcđo rñſio. ¶ No. p̃mo ibi nimia egritudine. ꝙ morbꝰ quãtũcũq; validus nõ impedit obligationẽ ꝓfeſſionis. Idẽ dic in matrimonio carnali. nã quãtũcũq; quis teneať egritudine ſemꝑ põt matrimonium ꝯhere. de quo vide. q. quã ponit Jo. an. in regula ſine culpa. de reg. iur. li. vj. in mercu. ¶ Nota ſecundo ꝙ nõ eſt de ſubã vt quis ꝓfiteať in monaſterio. vñ in lecto ⁊ in domo ꝓpria põt qs effici religioſus. vt hic ⁊ in. c. porrectum. ſ. e. ¶ No. tertio religioſũ nõ poſſe preſcribere ꝯ bonũ obediẽtie q: ſemꝑ ẽ in mala fide. facit l. j. C. de ſer. fu. ⁊. c. fi. j. eo. ¶ Sed quero an ſolꝰ habitus hic ſufficeret ad cõſtituendũ aliquẽ religioſũ So. littera iſta videť aliquãtulũ diuerſa. nam i conſultatione fit ſolũ mentio de ſuſceptione habitus ſ; in rñſione papa videť requirere ꝓfeſſionẽ. ſed dic ꝙ ſi habitꝰ fuerit ꝓfeſſorũ tũc ſufficit ſine ꝓfeſſione vt in. c. ad noſtram. ſ. eo. ſi fuerit nouitioꝝ vl̃ diſtinctus tunc requiriť ꝓfeſſio. ⁊ q: forte pape nõ conſtitit de qualitate habitus iõ rñdet requirendo ꝓfeſſionẽ ſed intellige tacitã vel expreſſam. ⁊ ſic intellige dicta doct. hic. ¶ In glo. j. in fi. no. fi. glo. bñ. q: timor mortis aie nõ excuſat nec dat cãm retractãdi actũ. ſecꝰ in timore mortis corporis. rõ diuerſitatis ẽ q: timor mortis aie nõnũq; incutiť a deo vt quis ducať ad cõuerſionẽ ⁊ ſic talis timor eſt appetẽdus xvj. q. j. in. c. reuertimini. ſed timor mortis corporis fit ab hoie ⁊ talis timor ẽ fugiendꝰ tanq; violentus ⁊ iniuſtus. Et cũ queritur nũquid timor mortis excuſet. ſic diſtingue poſt doc. aut ẽ timor mortis naturalis aut accidentalis. primo caſu nõ excuſat. exemplũ in grauiter infirmo vt hic. ſcđo caſu ſubdiſtinguo. aut ẽ mors accidentalis caſualis aut ẽ violenta. exemplũ primi caſus in timẽte ꝑiculũ naufragij vel incẽdij vel hoſtiũ. ⁊ iſte timor nõ impedit actum neq; inualidat ꝓfeſſionẽ ꝑ rõnem ſupredictã. nã deus aliq̃ñ incutit talẽ timorẽ vt hõ cõuertatur In ſecũda caſu pone exemplũ in eo qui timet mortem violentã ſibi iminentẽ ab iniquo homine. naz ſi propter talẽ timorẽ qs ingrediť religionẽ non tenet ingreſſus ex quo fecit vt euaderet morẽ violẽtã. nã deus reſpicit cor ⁊ vult volũtariũ militem. et ita loquiť. c. j. qđ me. cã. ⁊ predicta potes adducere generaliter ad validitatẽ vel inualiditatẽ cuiuſlibz voti. ¶ In glo. iij. in fi. de hoc vide qđ pleniꝰ no. in c. vnico. de langui. ꝑ Inno. in. c. cũ olim. el. ij. d̃ priuil. ꝑ Archi. xviij. q. ij. abbates. ⁊ per Vin. hic qui tenet ꝯ hanc glo. dicẽs ꝙ negligentia abbatis non debet obeſſe monaſterio. vnde monaſterium poterit bona illius vendicare qđ ſati placet. ⁊ dic vt plenius no. in locis ꝑalle. ¶ In glo. in. v. tanto tẽpore. no. ex gl. qđ dixi in tertio nõbili. ſ. ꝙ ꝯ obediẽtiã nõ currit p̃ſcriptio q: tanto ſunt grauiora.

Licet Poteſt religioſus zelo ſanctioris vite ad religionẽ tranſire ſtrictiorẽ petita prius licẽtia p̃lati ſui lz nõ obtenta etiã ſi p̃mũ monaſteriũ ſit priuilegiatũ ꝙ de illo ad aliud etiã artiꝰ tranſire nõ poſſit. h. d. vſq; ad fi. ⁊ ẽ caſus no. ⁊ q̃tidie allegať. Diuidiť p̃ncipalit in duas ptes. In p̃ma exordiũ ex q̃ ſcđo factum diffinit. ibi. cũ q. p̃ma facit q̃nq;. nã p̃mo ponit formam priuilegij. ſcđo ipſius interp̃tationem ⁊ interp̃tationis cãm. ibi. q: tñ. tertio illam fortificat. ibi. cũ etiã.

q̄rto illā reaſumendo ſpecificat.ibi.quo circa.q̄nto
ſpecificatonē determinat ibi.illa. ¶ No. primo ꝙ
vbi priuilegiū iuri diuino ſeu inſpirationi diuine i
aliquo poſſit p̄iudicare eſt ſtrictiſſime intelligendū
vnde nō debem⁹ interp̄tari etiā vt aliquid opetur ſi
nō pōt illō opari ſine derogatione iuris dīni ſeu li-
bertatis ſpūs qd̄ eſt valde no.nam iſtud priuilegiū
de quo hic parū ⁊ nihil opatur ſed qꝛ ſolet pl⁹ time
ri.⁊c.j.de here.aduerſus. ¶ Nota ſcd̄o interp̄tati-
onem ad auctem apl̄i vt quiſqꝫ dꝫ eē cōtent⁹ ea vo-
catione qua vocat⁹ ē dꝫ intelligi niſi inſtinctu ſpūſ-
ſancti ad ſanctiorē vitā inducatur. ¶ No. tertio ali
am auctem apl̄i ꝙ vbi ſpūs dei eſt ibi libertas. ⁊ ꝙ
lex nō eſt impoſita iuſto. Sed aduerte.nō eni intel-
ligas iuſtū nō eē ſub ſupiori ſuo.nam quilibet quā
tūcūqꝫ ſanct⁹ recognoſcit in hoc ſeculo ſupiorē licꝫ
ſupioris ptās ſit ligata reſpectu iuſti. eſt ergo iuſt⁹
liber a lege peccati nō aūt liber a ptāte ſupioris.ita
notanſ determinat glo.in cle.ad noſtrā. de hereti.
vbi latius vide ⁊ tenebis menti illā gl. ⁊ vide Inn.
in.c.paſtoralis.poſt prin.de offi.ordi. ¶ No.q̄rto
duo req̄ri ad h̄ vt religioſus licite poſſit trāſire ad
aliā religionē.p̄mo vt ſcd̄a religio ſit ſtrictior.ſecun
do vt nō tranſeat ex temeritate aut ex leuitate ſ̄ ʒe-
lo ſanctioris vite.nō ergo licet in odiuꝫ p̄mi prelati
tranſire ad religionē alteri⁹ ſtrictiorē.tertio extrin-
ſecus requirit̄ vt petat licentiā tranſeundi a p̄lato
ſuo. ¶ No.quinto duplicē eē legē. quedā vero dr̄
priuata altera publica.lex priuata dicit̄ ſpēalis iſpi
ratione diuina. ⁊ dicit̄ priuata.qꝛ non cuilibet acci
dit.lex vero publica eſt ius cōe qd̄ oībus pꝫ.lex aūt
priuata tanqꝫ dignior p̄fert̄ cōi.d̄ quo vide pulchꝛ
tex.in.c.due ſunt.xix.q.ij. ¶ No.ſexto ꝙ vbi dubi
tatur an ſecūda religio ſit ſtrictior vel an ex temeri-
tate fiat tranſitus nō ſtat̄ verbo volētis trāſire nec
p̄lati denegantis ſed ſupioris iudiciū ē requirēdū
⁊ dicit Inno.illū hoc caſu eē ſupiorem ad quem ap
pellaretur ſi iſte religioſus grauaretur.qd̄ not. nō
eni ſ̄m eū debet ꝓprius p̄latus eē iudex in cā ſua.
¶ Et no.bene ex hoc dicto ꝙ vbi orit̄ cōtentio int̄ reli
gioſū ⁊ ſupiorem ſuū nō dꝫ eē ſupior iudex i cā ſua.
ſed debet adiri ſupior imediat⁹. ⁊ no.ꝙ dicit̄ cā pre-
lati lꝫ cā cōtingat rōne ſupioritatis. facit ad h̄ glo.
no.i.c.ſtatutū.in p̄n.de reſcrip.li. vj. que dicit ꝙ lꝫ
al's iudex poſſit inter ptes cognoſcere an ſua ſit iu-
riſditio tn̄ ſi iudex ptinaciter defendit ſuā iuriſditi-
onē videt̄ ſuſpectus vt nō poſſit recognoſcere an
habeat iuriſditionē. ⁊ pōt adduci ſingu.iſte tex.ad
q.nunquid iudex ꝓcedens ex officio poſſit cogno
ſcere an ſit ſua iuriſditio pte negante. de q̄ remitto
ad no.in.c.ſup lr̄is.de reſcrip. ¶ No.ſeptimo ibi re
gula inuiolabiliter obſeruata.ꝙ q̄nqꝫ eſt regula q̄
nullā patit̄ exceptionē ⁊ videt̄ ꝯ no.ꝑ glo.ſuper ru
brica.de re.iur.li.vj.que dicit nullā eē regulā q̄ nō
patiat̄ exceptionē. ¶ No.octauo ꝙ ep̄s non poteſt
deſerere ep̄atū vt tranſeat ad religionē nec ſufficit
ſibi petē licētiā trāſeūdi.vn̄ nec ipē petē nec ſupior
cōcedere dꝫ ex q̄ pōt ſuis ſubditis ꝓdeſſe.rō qꝛ vi-
ta actiua ē fructuoſior vita cōtemplatiua. vnde do
ctrina labor ⁊ ſollicitudo ep̄i p̄ferunt̄ ſilentio ꝯtem
plationi ⁊ quieti religioſoꝝ.hinc ē ꝙ religioſus po-
teſt ꝓmoueri in ep̄m. ⁊ ſic ceſſare a ſilentio ⁊ cōtem
platione ꝓpter bonū publicuꝫ.vt in.c.qd̄ dei.j.de
ſta.regu. ⁊.xviij.q.j.c.vnico.ſ̄ ep̄s non pōt mona
chari.nā plus eſt illuminare qꝫ lucere.vita tn̄ ꝯtem
platiua ē tutior.de quo vide tex.in.c.niſi cū pridē.
de renū. ¶ Nota.ix.ibi vitā duceret artiorē.ꝙ trā-
ſitus pmittit̄ vt q̄s ducat vitā artiorē.non ḡ ſufficit
ꝙ ſecūda religio habeat ſtrictioreꝫ regulā niſi actu
ducat̄ ibi vita ſtrictior. ⁊ in h̄ multi decipiunt̄. ⁊ vi-
de qd̄ latius dixi in.c.ſane.ꝯ.c.ti. ¶ Ultimo no.ꝙ
charitas ē fons ꝓpri⁹ cui nō cōicat alien⁹. ⁊ hec au-
ctoritas ſolet multis modis exponi ſ̄ ad ꝓpoſitum
pōt dupliciter intelligi.primo ꝙ ſi dubitat̄ q̄ conſcia
iſte tranſeat relinquendū ē cōſcientie ſue qꝛ ex quo
extrinſeca ſunt bona p̄ſumēd⁹ eſt bon⁹ anim⁹. iux̄
illud euāgelij. Ex fructib⁹ eoꝝ cognoſcetis eos.j.d̄
re.iur.in.c.eſtote.nam charitas nō pōt ꝑ extrinſe-
cas ꝓbationes liquidari qꝛ eſt fons ꝓprius cui ali-
enus nō cōicat.i.extrane⁹ in eo nō habitat. ¶ Scd̄o
dꝫ intelligi ꝙ nō dꝫ iſte cōpelli ad redeundū qꝛ ma-
gis tenet̄ q̄s ꝓdeſſe ſibi qꝫ ſaluti alteri⁹.eſt eni cha-
ritas fons ꝓprius cui nō cōicat alien⁹. ¶ In glo.i
v̄.licentia.ibi de elec.cū in veteri.illud.c. facit in cō
trariū.qꝛ habēs requirere cōſiliū tenet̄ debito tem
pore expectare reſponſū.hic aūt dicit̄ ꝙ ſufficit pe-
tere licentiā. Sed ſolue.nā hic nō dicit̄ cōtrariū ſ̄m
doc. ⁊ bſi.debebit eni iſte poſt licētiā petitaꝫ debito
tpe expectare rn̄ſum. ¶ Sed quero extra glo.quid
ſi prelatus deneget vel nō rn̄deat vel allegat cauſā
denegationis iniuſtā. So.dicit Inno.ꝙ in caſibus
iſtis ⁊ ſimilib⁹ pōt ſubdit⁹ incōtinēti tranſire nō ex-
pectato alio tpe ex quo ꝯſtat de ꝓteruia denegatōe
prelati ſed ſi p̄latus allegaret aliquā iuſtā cauſā vel
veriſilem denegandi licentiā nō dꝫ ſubdit⁹ trāſire.
ſed inſtare apud ſupiorē vt decernat an p̄latus ha-
beat iuſtā cām denegandi. ¶ In ea.glo.ibi cōſue-
uit dici ꝙ nō.no.glo.vult eni ꝙ licet ſubdit⁹ teneat̄
petere licentiā ſi tn̄ nō petijt reuocandus nō ē ex q̄
iuſta cā motus tranſiuit. ⁊ hanc opi.tenet Hoſ.ꝯ.c
ſane. ⁊ facit multū bene ille tex.ꝓ hac opi.idē tenu-
erunt hic Pe. ⁊ Abbas.ſ̄ ꝯriam opi. tenēt glo.i.c.
intelleximus.de eta. ⁊ qua. ⁊ glo.in.c.mandamus
xix.q.iij. Et ad.c.ſane.rn̄det̄ ꝙ loquit̄ diſpēſatiue
vt ibi dixi.hanc opi.ſequit̄ hic Hoſti. Jo.an. ⁊ mo
derniores p̄ter Jo.cal.qui diſtinxit an monaſteri-
um ad qd̄ quis tranſiuit ſit priuilegiatū ꝓut hic dr̄
in prin.an nō.primo caſu dꝫ reuocari vt priuilegi-
um aliq̄d opet̄.ſcd̄o caſu ꝓcedit opi.ꝯria.ſ̄ h̄ opi.n̄
placet dn̄o Gaſ.ei⁹ filio nec mihi qꝛ h̄ p̄uilegiū non
oparet̄ hunc effectū vt pꝫ ex lr̄a. Sꝫ ꝓ opi.ꝯtraria
vt iſte ſit reuocādus adduco rōnem lr̄e dū dicit pe-
tendā eē licentiā ne bonū obedientie contēnere vi-
deat̄.ſi ḡ ex nō poſtulata licētia p̄ſumit̄ cōtemnere
bonū obedientie.ḡ nō pōt dici ꝙ inſtinctu ſpūſſan-
cti tranſiuerit ſed poti⁹ p̄ſumit̄ cā leuitatis. nā obe
dientia in religioſo eſt vnū de principalib⁹ regule.
eo ḡ cōtēpto nō eſt aliquid boni preſumendū.et ꝑ
hanc lr̄am ⁊ ipſius rōneꝫ cōfundit̄ opi. Pe. ⁊ Abb.
hic.qui dixerūt hāc licentiam petendam ex debito

honeſtatis ⁊ nõ ex neceſſitate. ⁊ mouerũt ſe ex illis
auctoꝛitatibus vbi ſpũs dei ẽ. ¶ Concludẽ ergo iſtuƺ
reuocandũ ad primũ monaſteriũ. ¶ Et ex predic. et
ex tex. no. ꝙ vbi in aliquo caſu requirit̃ licentia nõ
ſufficit eã petere ex poſtfacto ſed debet peti a princi
pio qð no. ¶ Et in fi. glo. dicũt tñ doc. ꝙ ſi ex tranſi
tu iſtius grauiter lederet̃ vel infamaret̃ primũ mo
naſteriũ dƺ reſtitui primo monaſterio. ꝑ hoc text.
iſte ibi in iacturam. ⁊c. nam ſi eccl'ia petit reſtitutio
nẽ cũ grauiter ledit̃ in tẽpoꝛalibꝫ. vt i. c. j. de i inte.
reſti. fortius debet reſtitui cũ ledit̃ in ſpũalibus et
in alienatione ꝑſone. Ego dubito an hoc dictuƺ ſit
verũ ꝑ rõnem littere in fi. qꝛ charitas eſt fons ꝓpri
us. ⁊c. nõ eni propter leſionẽ monaſterij debet im-
pedire ꝓpoſitũ diuinitꝰ inſpiratũ. nota tñ in practi
ca dictũ doc. qꝛ multũ ſtringit iſtã litteram ¶ Extra
glo. queritur quid de abbate vel alio prelato exem
pto nũqd poſſint trãſire ad aliã religionẽ ſtrictioꝛẽ
ꝑlaturi dimiſſis petita licẽtia ⁊ nõ obtẽta. Hoſt. fuit
i opi. ꝙ ſic. ſ. vt opoꝛteat habere licẽtiã ſicut dicitur
in epiſcopo ⁊ hoc propter vinculũ ꝑlature. tu vide
hanc qõnem pleniꝰ examinatã in mercu. in regula
cum nõ ſtat. li. vj. vbi Jo. an. cõcludit ꝙ ſi iſti ꝑlati
inferioꝛes habẽt ſupioꝛẽ citra papaƺ ſufficit petere
licentiã licet nõ obtineat̃. Nam hec lr̃a ponit ſpeci-
ale de ep̃o. ꝗ̃ ſecus in ꝑlatis inferioꝛibꝰ. ar. in. c. nõ-
ne. de ꝑſump. ⁊ hec rõ placet. ꝑ hoc. xvj. q. vltima
cõgregatio. ſed ſi ſunt imediate ſubiecti pape non
poſſũt tranſire papa denegante. eo vero nõ reſpõ-
dente valet tranſitus in eoꝝ preiudiciuƺ. papa tñ
poteſt illos reuocare. ⁊ rõnes vide ibi. ⁊ videtur ex
predictis papam poſſe impedire ingreſſum religio
nis. facit qð habet̃ in. c. vnico. de voto. li. vj. ¶ Ul-
terius querit̃ quid in ſeculari clerico nunqd põt in
trare religionẽ nõ petita licẽtia ab ep̃o. Jnn. tenet
ꝙ ſic. ꝫ ſi eccl'ia grauit̃ lederet̃ eẽt reuocãdus. ar. i. c
admonet. de renũ. ⁊. vij. q. j. c. ſiq̃ vero. ¶ Extra gl.
querit̃ pone petita licẽtia ⁊ nõ obtenta ſubditꝰ trã-
ſiuit ⁊ ꝓfeſſus eſt in ſecũdo monaſterio ꝑmꝰ abbas
ꝓtendit tranſitũ iniuſtũ ⁊ vult eũ reuocare. dubita
tur de duobꝰ. ꝑmo qua actione aget iſte abbas. ſe-
cundo apud quẽ debet iſte cõſiſtere lite pendente.
¶ Circa primũ dicit Jnno. hic ꝙ poterit agere rei
vendicatiõe. ⁊ no. hoc dictũ ꝙ abbas põt vendica-
re monachũ ſuũ licet rei vendicatio nõ cõpetat niſi
dño. vt in. l. in rem. ff. de rei ven. ſed dic ꝙ iſta ẽ lar
ga rei vendicatio ⁊ ꝯpetit pro homine libero ſuppo
ſito alterius poteſtati adiecta tñ cã. vnde ſicut pat̃
vendicat filium adiecta cauſa de iure romano ita ꝑ
latus vendicat ſubditum adiecta cauſa de iure ca-
nonico. ita leg. ⁊ no. in. l. j. §. per hanc. ff. ð rei ven.
Nunquid autẽ maritus poſſit vendicare vxoꝛem
adiecta cauſa de iure diuino canonico vl' ciuili. ple
ne dico in. c. illud de preſump. ¶ Jtem ⁊ ſcðo pote
rit agere iſte ſupioꝛ cõditione ex canone. xix. q. iij.
ſtatuimus. Jtẽ ⁊ tertio põt imploꝛare officiũ iudi-
cis. ¶ Quo ad ſcðam. q. dicit Jnno. ꝙ conſiſtit pe-
nes ſcðm monaſteriũ cũ ſit i poſſeſſione iſtius. ar.
in. c. ex litteris. de probati. ff. de lib. cã. l. oꝛdinata.
cum ſi. quia etiam in primo retinet poſſeſſionẽ ⁊ ſi

declarabitur iſtũ iniuſte migraſſe reducetur ad pri
mum monaſterium ſub competenti coertione. al's
autẽ ꝑſeuerabit in ſecũdo monaſterio punito ſupe
rioꝛe de ſua proterua denegatione.

Veniens. Coniuges religionẽ pro
fitendo adinuicẽ dimitte
re pñt aliter ſi ſe abiurãt ⁊ nõ ꝯtinẽt illicitũ
eſt iuramentũ. prima ꝑs ponit petitionẽ mulieris.
ſecũda ꝓuidet ⁊ iudicem dat. ibi nos ergo. ¶ No.
primo ex iſto tex. ꝙ affinitas cõtrahit̃ etiã ex illicito
coitu potens impedire ⁊ dirimere m̃rimoniũ poſt
cõtractũ cũ affine. ad hoc. c. diſcretioneƺ. j. de eo q̃
cog. cõſan. hoc impedimẽtũ allegabat vir iſte dicẽ-
do ꝙ prius cognouit amitã vxoꝛis ſue. nam ſi hoc
fuiſſet verũ fuiſſet cõtracta affinitas inter iſtum vi-
rũ ⁊ oĩs cõſanguineos mulieris cognite. vt in. c.
qð ſuper his. de cõſang. ⁊ affi. ſed hoc nõ fuit ꝓba-
tum in iudicio nec extra. ¶ Scðo no. ꝙ põt q̃s ſe fa
cere includi in arto loco ad ꝑagendã penitentiam.
facit. c. qui vere. xvj. q. j. ⁊ facit ꝑ his mulieribꝰ que
faciunt ſe includi rome in eccl'ia ſancti petri in artiſ
ſimo loco. ⁊ in hoc tene menti iſtum tex. ⁊c. No.
vltimo ꝙ maritus ⁊ vxoꝛ nõ poſſunt cũ iuramento
etiã ſine cã honeſta dimittere ſe abinuicem. ꝑ hoc
bo. tex. in. c. tua. ð. de iureiuran. vbi latꝰ dicet̃ cuƺ
glo. ¶ Jtem no. ⁊ tene ſemꝑ menti tex. ꝙ etiaƺ vbi
fuit volũtaria ſeꝑatio mariti ⁊ vxoꝛis põt nihilomi
nus hoc nõ obſtante alter cõiugũ repetere etiã pe-
tendo reſtitutionẽ que dƺ fieri nõ admiſſis excepti-
onibꝰ cõcernentibꝰ ꝓprietatẽ monaſterij. ⁊ habes
caſum in quo ille q̃ nõ fuit ſpoliatus põt petere re-
ſtitutionẽ. Sed diceres tu qua actione iſte aget. di-
cit Jnno. ꝙ poterit iploꝛare officium iudicis vel in
tentare cõditionẽ huius decre. plus etiam dicit ꝙ ſi
alter cõiugũ vellet redire ⁊ nõ admittit̃ põt petere
reſtitutionẽ. ar. in. c. lr̃as. de reſti. ſpo. ⁊ dic hãc eſſe
rõnem. maritus ⁊ vxoꝛ nõ pñt diſſoluere matrimo
nium etiã quo ad thoꝝ ſine legitima cã. vnde coꝛpo
ꝙ alter vult redire ⁊ nõ admittitur intelligitur ſpo-
liari. qꝛ q̃ſꝫ retinet quaſi poſſeſſionẽ matrimonia
lem etiã in abſentia. ⁊ idẽ qð Jnn. hic ſenſit ſimpli-
citer glo. in. ð. c. litteras. ¶ Jn gl. in. ꝟ. illicitũ ibi ꝓ
pter cõtinentiam. Nota ſemper iſtã glo. ꝙ maritus
⁊ vxoꝛ etiã nõ intrando religionẽ poſſunt ſtando i
hoc ſeculo viuere ⁊ ſeꝑari quo ad thoꝝ dũmodo h
faciãt ꝓpter ꝯtinẽtiã obſeruãdam. ſecus ſi ex ira vl'
ex indignatiõe h faciãt ſic̃ iſti fecerũt. vide ad mate
riã glo. in. c. noſſe. xxx. q. j. ⁊ dicã poſt Jnno. i. c. du
dum. de cõuer. cõiuga. Hoſt. tñ limitat hoc primũ
dictũ qñ cõiuges nõ ſunt ſuſpecti de incõtinentia.
puta qꝛ iuuenes. nam tũc nõ poſſunt ſe ſepare pre-
textu cõtinentie niſi ambo intrent religionẽ. ar. c.
cũ ſis. ⁊. c. vxoꝛatus. j. ti. pri. quod ſatis placet. Et
in glo. in fi. nota hanc caudã glo. q̃ tñ nõ cõtinuat̃
ad ꝑcedentia. ⁊ facit vt nullũ iuramẽtũ poſſit liga-
re eum qui ſoluit vſuras quo minꝰ peccatuƺ vſura
rarij denũciet eccl'ie. idem ſentit glo. in. c. ad nr̃am
el. ij. de iureiuran. plenius dico in. c. j. eo. tit. ¶ Jn
glo. in. ꝟ. prefatam. in fi. hec glo. videtur difficilis
iuuenibꝰ. ꝫ ꝑ declaratione op. de. c. ſignificaſti. de

diuoꝛ. vbi maritus nõ artaꝛ ad recipiendũ vxoꝛẽ.
ſed hic mulier cõmiſit adulteriũ qꝛ illicite tranſiuit
ad ſecũda vota. ꝗ marit⁹ nõ debebat cõpelli ad reci
piendũ eam. Io. cõtrariũ ꝓcedit qñ alter tantum
fuit adulteratus ſꝫ hic vterqꝫ fuit adulteratus. ⁊ ſic
vnus nõ poteſt obijcere cõtra alium. c. penul. ⁊ vl.
de adulte. vnde hic habebat locũ illud tritũ ꝓuerbi
um. Nil tu mihi nec ego tibi. nil catelina cetego. nã
catelina ⁊ cetegus fuerũt ambo ciues romani ⁊ ſo-
cij cuiuſdã cõiurationis. nã ambo cõſpirauerũt cõ
tra vrbẽ vt habeꝛ plene in Saluſtio catelinari. ⁊ in
inuectina ciceronis cõtra catelinã. quaſi dicat glo.
ꝙ ſicut iſti nõ poterãt adinuicẽ ſibi iproperare deli
ctũ cõſpirationis ita nec iſti cõiuges delictũ adulte
rij. ¶ In glo. fi. in fi. Io. an. dixit glo. ꝓcedere ſi iſta
vxoꝛ aſtrinxiſſet ſe voto ſed lati⁹ Inn. diſcutiꝛ hũc
articulũ ⁊ multũ variat. ⁊ p̃mo. videꝛ velle ꝙ inuita
cõiuge nõ põt iſte marit⁹ intrare religionẽ. ⁊ ſic dꝫ
intelligi qñ vxoꝛ nõ ꝯdicit. poſtea Inn. videꝛ tran-
ſire ad aliã opi. dicẽs ꝙ ea inuita põt religionẽ itra
re qꝛ ex quo mulier iurauit non debet audiri cõtra
iuramentũ ſuũ ex pſona ſua. ar. in. c. ſi vo. de iure-
iuran. ſed hic fuit audita in fauoꝛẽ mariti vt marit⁹
eripereꝛ a peccato adulterij in quo iacebat. h opi.
mihi nõ placet. qꝛ iuramentũ illud fuit illicitũ quia
nõ poſſunt ſe marit⁹ ⁊ vxoꝛ abiurare ex cã inhone-
ſta. vt eſt tex. clar⁹ in. d. c. tua. de iureiur. Iõ ſic cõ-
cludo ꝙ aut iſta mulier faciendo ſe includi ad peni
tẽtiam agendã emiſit votũ ꝑpetue cõtinẽtie ſaltem
ex propoſito ⁊ tũc ꝓcedit dictũ glo. nã quo ad ſe va
luit votũ. vt in. c. quidã. j. ti. proxi. ⁊ ſic nõ põt reſi-
ſtere marito volenti intrare religionẽ. aut nullum
votũ emiſit ⁊ ꝓcedit prima opi. Inno. vt ea inuita
nõ poſſit maritus intrare religionem qꝛ illa ſepara
tio nõ valuit. vt in. d. c. tua.

¶ Conſulti. ¶ Qui ad monaſteriũ con
uertiꝛ ſumẽdo habitum
nouitij poteſt infra tẽpus ꝓbationis redi-
re ad ſeculũ niſi appareat eũ vitam voluiſſe mutare
oĩno. Hõis diuiſio. ſcða ibi. licet. in quo diſtinguit
duo mẽbra. ſcðm ibi aut ſi. ¶ Primo no. ex iſto tex.
ibi nouitij. qđ ẽ dare habitũ diſtinctũ nouitioꝝ ab
habitu ꝓfeſſoꝝ. in quibuſdã tamẽ locis habit⁹ ẽ in-
diſtinctus qꝛ idẽ daꝛ nouitijs ⁊ ꝓfeſſis. i quibuſdã
vero habit⁹ eſt indiſtinctiſſim⁹. qꝛ nõ ſoluꝫ ꝓfeſſi et
nouitij eo vtunꝛ ſed etiã ducẽtes cõem vitã cuꝫ eis
vt ẽ tex. in. c. j. eo. ti. li. vj. ⁊ vide bo. glo. in cle. eos.
eo. ti. ¶ Secũdo no. ex hoc ⁊ ex tex. ꝙ licet in regu-
la ſancti benedicti expreſſe nõ caueaꝛ de habitu no
uitij tñ põt aſſignari certus habit⁹ ꝑ nouitijs ex cõ
ſuetudine vel ſtatuto religionis imo in iure dubi-
tatur vtrum quis debet expiri religionem in habi-
tu ſeculari. vt no. in. c. ſup eo. s. eo. vbi dixi. ¶ No.
tex. ſatis notabilẽ ꝙ habitus nouitioꝝ ſeu ipſius aſ
ſumptio cum ꝓpoſito mutandi vitam ⁊ relinquen
di ſeculum obligat quẽ religioni ſaltẽ i genere. vn-
de nõ poteſt amplius redire ad ſeculũ. An aũt iſte
ſit verus monachus vt nõ teneat matrimoniũ po-
ſtea cõtractum ⁊ eſt difficilis queſtio. ⁊ noꝛ. Inno.
ſentit ꝙ matrimoniũ nõ teneat ⁊ per cõſequens ꝙ

iſte ſit verus religioſus. moueꝛ qꝛ illud ꝓpoſitum
mutandi vitam cũ ſit quoddã votum ſolennizatuꝫ
per ſuſceptionem illius habitus. ⁊ clarius h tenet
hoſti. ⁊ Gof. Dicũt eni hoſti. ⁊ Vin. ꝙ ſi iſte habu
iſſet vxorem incognitam potuiſſet ilico vxoꝛ alteri
nubere quaſi per hoc propoſitũ ſolennizatum cuꝫ
ſuſceptione illius habitus fuerit diſſolutum ipſum
matrimoniũ nõ cõſũmatũ ac ſi vere religionẽ fuiſ-
ſet profeſſus. ⁊ dicit Io. an. hoc ſati probari exp̃ſſe
in. c. beneficiũ. j. eo. ti. li. vj. vbi tex. dicit beneficiuꝫ
illius qui ſuſcepit habitũ nouitioꝝ poſſe alteri con
ferri ſi appareat euidenter eum voluiſſe abſolute vi-
tam mutare. ſimile dicit Inno. in eo qui renũciauit
ſeculo recipiendo habitũ religionis vel ſi renuncia
uit ꝓprijs vel emiſit votum cõtinẽtie. ſecus ſi vouiſ
ſet nõ comedere carnes vel facere aliquã abſtinen-
tiam. nam hoc caſu per ſuſceptionẽ habit⁹ nouitio
rum nõ ſolennizareꝛ votuꝫ. ⁊ ſic ſenſit in effectu ꝙ
votũ alterius ex tribus ſubſtantialib⁹ regule ſolen
nizatur per ſuſceptionẽ habitus nouitiorum vt ſic
amplius redire nõ poſſit ad ſeculum. ⁊ cũ hac opi.
tranſit hic Io. an. ⁊ fere oẽs ſcribentes preter do.
Car. qui tenet iſtos nõ eẽ veros religioſos q̃uis nõ
poſſũt redire ad ſeculũ. ⁊ per cõſequẽs mr̃imoniũ
teneret cõtractũ per iſtos mouetur qꝛ ꝑ ſuſceptio-
nem huius habitus nõ fit ꝓfeſſio tacita vel exp̃ſſa.
ergo votũ nõ eſt ſolennizatum quo ad dirimendũ
matrimoniũ poſtea cõtractum. vt in. c. j. de vo. li.
⁊ ita refert ſe cõſuluiſſe in facto. nõ ob. c. non ſoluꝫ
eo. ti. li. vj. vbi eſt tex. multũ ſtringens in materia.
qꝛ equiparat ꝓfeſſum tacite vel expreſſe ⁊ iſtuꝫ qui
ꝓpoſuit vitam abſolute mutare. qꝛ ille tex. ſolũ eq̃-
parat quo ad hoc vt neuter poſſit redire ad ſeculũ
vnde fatendũ eſt iſtũ de quo queriꝛ non poſſe ſine
periculo anime redire ad ſeculũ ſed debet intrare
religionẽ ſaltem laxioꝛem. vt hic in fi. tamen ꝑ hoc
nõ ſequitur quin matrimoniuꝫ ꝯtum teneat licet
penitentia ſit ſibi imponẽda de trangreſſione voti
tollitur eni primum votuꝫ tanq̃ ſimplex ꝑ mr̃imo-
nium ſequẽs tanq̃ ꝑ fortius vinculũ. vt in. d. c. j. ⁊
facit in ſimili. c. penulꝛ. j. eo. li. vj. hec opi. mihi ſati
placet. ⁊ adduco vnã rõneꝫ ad quã nõ video reſpõ
ſum. votũ nõ ſolennizaꝛ. vt. s. dixi quo ad dirimẽ
dũ matrimoniũ poſt cõtractũ. niſi ꝑ profeſſionem
exp̃ſſam vel tacitã factã alicui de religionib⁹ appro-
batis. vt in. d. c. j. de voto. ſed certum eſt ꝙ iſte qui
ſuſcepit habitum nouitioꝝ nõ fecit hãc ꝓfeſſioneꝫ
ergo nõ eſt votũ ſolennizatũ. minoꝛ ꝓbaꝛ qꝛ ꝓfeſ-
ſio nõ põt fieri ſine cõſenſu monaſterij ⁊ conuerſi.
vt in. d. c. ad apoſtolicam. s. eo. nam oportet vt in-
terueniat cõſenſus illius qui poteſt iſtum incorpo-
rare religioni. vt dixi in. c. porrectũ. s. e. ſed mona
ſteriũ dãdo habitũ nouitioꝝ non intendit iſtũ reci
pere ad profeſſionem imo vult experiri mores pri-
us. ergo nõ poteſt dici iſtum feciſſe profeſſioneꝫ ex
illo ꝓpoſito cũ iſta ꝓfeſſio ſit quidã quaſi cõtractuſ
⁊ inde oriaꝛ reciproca obligatio nõ põt cõſiſtere ex
ꝑte vni⁹ tñ. l. i oĩbus. la. ij. ff. d act. ⁊ obli. ⁊. l. labeo
ij. ff. de. v. ſig. optime facit. c. ſi tibi abſenti. de p̃bẽ.
li. vj. hinc no. tex. in. c. nõ ſolũ. ꝑalꝛ. ponit iſtũ caſũ

de quo queriť ſepatum ab eo in quo ꝗs fecit ꝓfeſſi
onē expreſſam vel tacitā. Ex hoc etiam inferť ꝙ iſte
nō ſit verus religioſus ex ꝗ ꝓfeſſio ſua tacite vel ex
preſſe nō fuit recepta a ſupiore vt in. d.c. ad apliċā.
ſ. eo. a cōtrario ſenſu. Cōclude ergo ꝙ iſte de quo
queriť ⁊ ꝯſiles nō ſūt veri religioſi ſed peccant mor
taliť ſtādo in h̄ ſeculo ⁊ nō intrando religionē ex ꝗ
ꝓpoſitū habuerūt mutandi ꝑpetuo vitam. rō q꜡ ex
tali ꝓpoſito videť deo vouiſſe ⁊ ſic venit contra vo
tū ſtando in ſeculo nō tamē obligať ad intrandum
eandē religionē ſed poteſt intrare laxiorem. vt hic
notāter probať. hec ꝓcedūt cuꝫ quis ſuſcepit habi-
tum nouitiorū. Sed dubitať quid de eo qui re-
cepit habitū ꝓfeſſorū infra annū ꝓbationis. dubi-
um ē notabile ⁊ cauſať ex. c. nō ſolū. ⁊. c. cōſtitutio-
nē. j. eo. li. vj. vbi diciť ꝙ talis obligať religioni in
genere ⁊ nō in ſpecie. ⁊ ſic videť ꝙ cū nō ſit interim
monachus alicuius mōaſterij ꝫ debet compelli ad
intrandū aliquā religionē ſi interim cōtrahat tenet
matrimoniū. Sed cōtrariū tenet Jo. an. in. c. cōſti-
tutionē. ⁊. c. vnico. de voto. li. vj. ⁊ ſpe. in ti. de ſta.
reg. ꝟ. xliij. moueť Jo. an. ⁊ bene q꜡ iſte fecit ꝓfeſſi-
onē tacitā in certa religione. vnde licet ex certa cau
ſa nō obligeť alicui religioni in ſpecie tm̄ ꝓfeſſus fu
it in ea religione approbata. ⁊ ex hac rōne pōt infer
ri ad id qđ. ſ. dixi cōtra Jo. an. hic ⁊ Inno. ꝙ cum
iſte qui ſuſcepit habitū nouitij nō fecerat ꝓfeſſionē
ergo nō pōt dici religioſus nec debet impedire ma
trimoniū ſequēs. ⁊ hec nota q꜡ ſunt quotidiana.

In glo. iij. ibi videť habere locū. vult ergo glo.
ꝙ hoc. c. hodie corrigať ꝑ. c. ſtatuimus. qđ nō proce
dit. nō eni corrigiť ſed declarať. vel dic ꝙ illud. c. ꝓ
cedit quo ad eccliam q꜡ ecclia nō cōpellit ipſuꝫ niſi
euidenter appareat ꝙ voluerit vitaꝫ mutare ꝫ quo
ad iſtum ingreſſū nō ē neceſſe ꝙ appareant h̄ ſigna
nam ipe ſibi cōſci⁹ eſſe debet vtrū ꝓpoſuerit muta-
re vitā vel nō. ⁊ ſic ꝓprie loquiť iſte tex. In gl. in
ꝟ. ſeculariť. in fi. vult glo. ꝙ iſte pōt ſe conformare
alijs ſecularibus ex quo nō ꝓpoſuit vitā mutare ꝫ
debet viuere diſſolute. Ex quo inferunt doc. ꝙ ve-
ſtes ſeculares poterit deferre. naꝫ regula ſancti be
nedicti diſponit vt in eo habitu quo intrauerūt re-
deant. vt in. c. ſup eo. ſ. eo. dicit tm̄ Jo. an. ꝙ ſi ꝑmo
veſtes erant nimis laſciue honeſtum eēt vt illas de
ponerēt in ſignū antique religionis. ar. i. l. ſeruos.
C. de queſti. ego puto hec oīa ꝓcedere ex honeſta-
te ⁊ nō ex debito. q꜡ in nullo obligať iſte vltra alioſ
ſeculares ſed exhortatiue fuit dictū vt non viuat ſe
culariter. In glo. in. ꝟ. remeare. ibi. ꝗ tm̄ ſub cō
ditione. ⁊c. no. glo. nā ſentit ꝙ vbi intraſſet cū pro-
poſito mutandi vitā nō valeret mr̄imoniuꝫ poſtea
cōtractū. ⁊ ſic ſentit illā opi. Inno. ⁊ ſequaciū. de ꝗ
ſ. ⁊ dic latius vt. ſ. dictuꝫ ē. In glo. fi. in fi. ⁊ hoc
vult opi. ꝓbať hodie. j. e. c. ſtatuim⁹. ⁊ in. c. nō ſolū
j. e. li. vj. ibi recipiēs nouitiorū habitum libere pōt
infra annū ad ſeculū redire niſi appareāt ſigna eui-
denť ꝙ voluiſſet abſolute mutare ſeculum. puta q꜡
ipemet fuit ꝯfeſſus vł nūc ꝯfiteť. vt dic Inno. ⁊ ho
ſti. j. e. c. ſtatuim⁹. vł dimiſit bn̄ficiū ſuū vel fecit te-
ſtamentū vel ꝗd ſile. vt no. in. d. c. nō ſolū li. vj.

**Poſtulaſti.** Qui infra annū ꝓba-
tionis nō facta ꝓfeſſio
ne redit ad ſeculuꝫ licite pōt ad ordines et
bn̄ficia ꝓmoueri. h. d. Cōis diuiſio. Scđa ibi nos.
Nota primo ꝙ recedēs de religione infra annū
ꝓbatiōis nō inhabilitať ad ordines ⁊ bn̄ficia ſecula
ria ꝫ illa pōt licite poſſidere ſicut quilibet ali⁹ cleric⁹
ſecularis. Sed quero ꝗd ſi iſte propoſuit abſolu
te mutare vitā nunꝗd poſſit ꝓmoueri ad beneficia
ſecularia. In hoc dubio diſtinguerē. ꝙ aut illo tē
pore voti vel ꝓpoſiti erat maior. xiiij. annis. ⁊ tunc
nō poteſt habere i ſeculo bn̄ficiū ſiue beneficia imo
ē cōpellendus intrare religionem. vt. j. c. pxi. in fi.
aut erat minor ⁊ tūc libere pōt ꝓmoueri. q꜡ an̄ pu-
bertatē nō obligať quis ad votū religionis. vt i. c.
ad noſtrā. ſ. eo. ⁊ clari⁹ in. c. j. j. eo. li. vj. vbi diciť ꝙ
etiā ſi expreſſe fecerit ꝓfeſſionē non obligať niſi ma
ior fact⁹ ratā habeat illā ꝓfeſſioneꝫ expſſe vel tacite
ꝑ delationē habit⁹ infra annū continuū. In gl.
ibi ⁊ iura. intellige de Inn. iij. huius decretalis au
ctore q꜡ in hac qōne rn̄det hos pueros nō miniſtra
re poſſe rite in illis eccleſijs ſi malicia ſupplebat eta-
tē. q꜡ intrando religionē ſimpliciť ſine ꝓteſtatōe vi
detur abſolute vitā voluiſſe mutare. Sꝫ hec verba
fuerūt ſublata in cōpilatione huius voluminis. q꜡
ꝑ ea fouebāť due falſe opi. Prima opi. Hug. ꝗ vo
luit ꝙ malicia ſuppleret etatem quo ad ingreſſuꝫ re
ligionis. cuius ꝯrium tenēt cōiter doc. ⁊ videť pro
bari in. c. ad noſtrā. ſ. c. vbi requiriť ꝙ ann⁹. xiiij.
ſit cōpleť. ad idē. c. j. j. e. ti. li. vj. Nec ob. ꝙ diciť ꝺ
matrimonio carnali q꜡ nō tm̄ ꝗs obligať in illo ſic
in ingreſſu religionis. ꝓ hoc. c. q꜡ in inſulis. ſ. eo.
vbi propter durā obſeruantiā reqriť etas. xviij. an
norū. ⁊ ſic ingreſſus religiōis nō ꝓcedit pari paſſu
cū ꝯtractu matrimonij. nō ob. ꝙ doli capax ſe pōt ob
ligare diabolo. nā diabolus nō querit deliberatio
nē hoīs ꝫ caſum. nā ſemꝑ parat inſidias ad hoīes
callide decipiendū. vt dicit tex. j. c. viſis. xvj. q. ij. ꝫ
deus qui nemini inſidiať querit deliberationem.
vult eni militē volūtariū. vt in. c. nō ē. xv. q. j. vnde
apl's. Que nō cepit deliberet. ꝗ ingreſſa ē perſeue
ret. vt habeť tranſumptiue. xxvij. q. j. c. nuptiaꝝ. ⁊
de hoc arti. vide qđ no. xx. q. j. in ſūma. ⁊. c. cum vi
rum. ſ. eo. ⁊ gl. bo. in cle. eos. e. ti. ⁊ i h̄ tene ſemper
menti iſtā gl. Scđa opi. falſa que fouebať ꝑ illa ver
ba Inno. ē q꜡ ex illis inferebať ꝓteſtationē fore ne
ceſſariā in aſſumptione habit⁹ nouitioꝝ qđ falſum
ē. vt in. c. ſtatuim⁹. j. eo. ⁊ in. c. nō ſolū. e. ti. li. vj.

**Ex parte.** Qui vltra annuꝫ portat
habitū monachalē i mo-
naſterio vbi ſūt habitus diſtincti cenſetur
ꝓfeſſus. h. d. Cōis diuiſio. ſcđa ibi. ideoqꝫ. No.
ꝑmo ꝙ monaſteria ſubſūt epō loci de iure cōi. ad h̄
c. abbates. xviij. q. ij. ⁊. c. monaſteria. No. ſcđo ex
h̄ ⁊ ex tex. epm̄ poſſe ꝯpellere religioſos ad profi-
tēdū expſſe ⁊ ad carētiā ꝓprij ⁊ alias obſeruantias
regulares. Vltimo no. ꝙ habit⁹ monachalis hꝫ
votū annexū. nā ſine expſſa ꝓfeſſione ꝗs cenſeť re
ligioſus ex delatione habit⁹. qđ intellige vt. j. ſubij
ciam. In glo. fi. in fi. dic clari⁹ cum queriť an ex

aſſumptione ⁊ delatiõe habitꝰ ꝗs debeat cenſeri ꝓfeſſus. eſt enĩ triplex habitꝰ. quidã diſtinctus. vt qꝛ alio habitu vtunť nouitij. alio ꝓfeſſi. aliꝰ indiſtinctus. vt qꝛ profeſſi ⁊ nouitij vtunť eodẽ habitu. quidam enĩ ẽ indiſtinctiſſimꝰ. vt qꝛ nõ ſolũ nouitij ⁊ ꝓfeſſi ſed etiã ducẽtes cõem vitam cum eis deferunt eũdem habitum. ⁊ potes ponere exemplum ĩ iſtis fratribus ſancti Antonij vel ĩ alijs qui ſolum deferũt crucem in pectore. ¶ Primo caſu cũ habitus eſt diſtinctus ſubdiſtingue. nam quedam eſt diſtinctio latẽs. vt quia habitus ꝓfeſſorũ ſolũ bñdicitur quedã eſt diſtinctio patẽs vt ĩ colore ſciſſura ſeu forma. primo caſu deferẽs illũ habitum in religione ꝑ annũ ipſo facto cenſeť profeſſus ſi erat maior .xiiij. annis vt eſt tex. in cle. eos. eo. ti. ⁊ ſic ẽ caſus in quo delatio habitꝰ nouitiorũ obligat quẽ religioni ĩfra annũ. ſecũdo caſu cũ diſtinctio eſt patẽs mõ predicto nõ obligať religioni quãtocũꝗ tpe talẽ habitũ ꝗs defert. ar. in cle. eos. ⁊ in hoc caſu intellige dictũ Inn. ⁊ Abba. qui dicunt hic etiã ꝙ ſi quis ꝑ .xx. annos defert talẽ habitũ nõ cenſeť ꝓfeſſus. ⁊ dic abbas ſe vidiſſe ſup h̃ lr̃as abſolutorias pape. Scđo caſu principali cũ habitus eſt indiſtinctꝰ ꝓcedit ꝑncipaliter hec littera vt deferẽs ꝑ annũ cenſeatur ꝓfeſſus nec ꝓcedit ꝓteſtatio in ꝯtrium. vt in. c. j. e. ti. li. vj. Idem dic in tertio caſu cũ habitus eſt indiſtinctiſſimus dũmodo fuerit aſſumptꝰ a maiore. xiiij. annis. nã ſi a minore nõ obligatur qꝛ põt ꝑſumere illum habitũ portare ſicut alij qui nõ ſunt religioſi ſed ducũt vitã cũ religioſis. probať in. c. j. e. ti. li. vj ⁊ dic plenius vt ibi no. ⁊ in. d. cle. eos. e. ti. Ubi vero habitus ꝓfeſſorꝝ ẽ diſtinctꝰ tũc ꝑ ipſius delatiõẽ ꝑ triduũ ſcienter factã cenſetur quis profeſſus ſed obligatur religioni in genere ſi talẽ habitũ aſſumpſit infra annũ probationis. vt i. c. ꝯſtõem. §. j. e. ti. li. vj.

# Statuimus.

Infra ꝓbatiõis annum libere ꝗs redit ad ſeculũ niſi ꝓfeſſionẽ fecerit tacite vel expreſſe vel appareat eũ vitã mutare voluiſſe. h. d. primo. ſcđo dicit ꝙ ad hoc vt dinoſcanť nouitij a ꝓfeſſis debet habitꝰ ꝓfeſſorꝝ benedici in locis vbi habitus nõ ẽ diſtinctꝰ. duo ſunt dicta. ſcđm ibi nihilominus. Scđm ſubdiuidiť. ꝑmo ſtatuit. ſcđo excipit ibi niſi. tertio rñſionẽ ſubdit. ibi. ꝙ cum. ¶ No. primo regulã ⁊ ꝗttuor caſus exceptos. Regl̃a enĩ ẽ ꝙ nouitius põt libere redire ad ſeculũ infra annũ ꝓbationis. ⁊ põdera. v̄. libere. ¶ Ex quo inferť ꝙ de neceſſitate nõ teneať petere licẽtiã ab aliquo. nam de ſignificato huiꝰ. v̄. libere ẽ vt nõ requirať alicuius licẽtia. vt no. in. c. licet eps. de preben. li. vj. ⁊ in c. de multa. eo. ti. ad hoc tene menti iſtũ tex. qui nõ ſolet ad hoc allegari. ergo nõ põt dici nouitiꝰ fugitiuus ſi receſſit a monaſterio ſine licẽtia abbatis dũmodo nihil abſtulerit a monaſterio. ¶ Caſus excepti ſũt quattuor. ¶ Primꝰ ſi ꝓfeſſionẽ fecerit infra annũ. hunc tamẽ caſum diſtingue ꝓut habeť in. c. cõſtitutionẽ. §. j. e. c. nõ ſolũ. eo. ti. li. vj. ¶ Scđs eſt ſi infra annũ ſuſcepit habitũ ꝓfeſſorꝝ. vt in. d. c. cõſtitutionem. ¶ Tertius caſus ẽ ſi euidenť apparuit eũ abſolute voluiſſe vitã mutare. ⁊ intellige hũc caſum ꝓut plene dixi. ſ. e. in. c. cõſuluit. ¶ Quartꝰ caſus colligiť a ꝯtrario ſenſu vt poſt annũ non poſſit redire ad ſeculũ. iſte caſus procedit intelligẽdo quãdo habitus nouitij nõ eẽt patenter diſtinctꝰ ab habitu profeſſi. nã ſi eẽt patenť diſtinctꝰ poteſt redire ad ſeculũ etiã poſt annũ. vt dixi. ſ. c. pxi. Itẽ nota valere cõſuetudinẽ vt habitus nouitij nõ diſtiguatur ab habitu ꝓfeſſorꝝ. ¶ Ex quo colligi põt ꝙ iuſte põt nouitio dari habitꝰ religionis. ¶ Ultimo no. ꝙ vbi nõ ẽ diſtinctio habitꝰ debẽt benedici veſtes que danť ꝓfeſſis nõ autẽ ille que dantur nouitijs. ¶ In glo. j. ibi. infra annũ. dic latius de iſto habitu an ⁊ qñ obliget. vt. ſ. dixi in. c. ꝓcedenti. ¶ Et in fi. glo. tene hanc opi. vlti. que ẽ hodie approbata ꝑ c. beneficiũ. j. eo. li. vj. ⁊ ſatis glo. ponit diuerſitatẽ inter matrimoniũ carnale ⁊ ſpũale. nam in carnali nõ põt ꝗs ſeruire ꝑ aliũ merito ſtatuiť terminꝰ breuior. vt in. c. ex publico. j. ti. proxi. ſed in ſpũali põt ꝗs ſeruire ꝑ ſubſtitutos idõ nõ debet auferri bñficiũ anni indultũ a iure. Sed querit hic Hoſti. quid de alijs bonis. pone ꝙ aliqua donauit vel legauit añ ingreſſum. nunquid illa bona recipiet ſi infra ãnũ egrediať. rñdet ꝙ ſi fecit ꝓteſtationẽ ꝙ intendebat ꝓbare regulam recupat illa bona qꝛ videť donaſſe cã mortis. ⁊ ſic cã nõ ſubſecuta recuperat bona. ar. in. l. mortis cauſa. ff. de dona. cau. mor. facit. l. non ois. ff. ſi cer. peta. Si vero nõ fecit ꝓteſtationẽ non ẽ querendũ de recupatiõe. qꝛ preſumiť ꝙ abſolute voluit vitã mutare. ex quo prius diſpoſuit d̃ bõis. ⁊ hec nota. ¶ In glo. in. v̄. euidenť ibi dicat vel faciat. no. glo. ⁊ idẽ vult hic Inno. dicẽs ꝙ ſi iſte fuit cõfeſſus vl̃ nũc ꝯfiteť ꝙ aſſumpſit vel aſſumere vellet habitũ nouitiorꝝ aĩo mutandi vitã ſufficit h̃. idẽ dicit ſi fecit priꝰ teſtm̃ vel donatiões. vt. ſ. dixi. vel reſignauit bñficiũ ſuum vel quid ſimile.

# Ne religioſi.

Religioſi fugitiui. annuatim ſũt requirendi ⁊ cogendi vt ad monaſteriũ reuertatur. h. d. diuidiť. ꝑmo poniť ꝯſtõnis cã. ſecũdo conſtitutio ſubmittiť. ibi. ſtatuimꝰ. que duo facit. ꝑmo prouidet circa eiectos ⁊ fugitiuos ſecũdo circa inobediẽtes. ibi ſi x̄o. No. ꝑmo ꝙ religioſi faciũt capitula generalia ſeu prouincialia. qđ itellige ſm id qđ habeť i. c. i ſingulis. j. de ſta. reg. ⁊ in tali caũ cõſtituũť aliꝗ ꝑſides. de ꝗbꝰ loquiť iſta lr̃a. No. ſcđo ꝙ huiuſmõi ꝑſidentes hñt ꝑtãtẽ excõicandi. No. tertio ꝙ abbas generalis ſiue prior generalis habẽ ꝑtãtẽ excõicandi tã abbates ꝗ̃ inferiores totiꝰ ordinis. ⁊ intelligiť lr̃a ſm ꝯſuetudinẽ ſeu ſtatuta ꝗrundã religioſorꝝ q̃ ab oli vniuerũt ſe faciendo vnũ caput ſup totã religionẽ. vt ẽ vidẽ in ciſtercienſibus ⁊ cartuſiẽſibꝰ. ſ d̃ iure cõi qđlibꝫ monaſteriũ hꝫ regimẽ de ꝑ ſe nec abbas ſubijciť alteri abbati ſed epo loci. xviij. q. ij. abbates. ⁊. c. mõaſteria. Itẽ no. vnũ hodie ꝓuiſũ ꝑ hanc cõſtitutionẽ ꝯ vl̃ ſupra regulã religioſorꝝ. nam ĩ certo caſu fugitiui ⁊ eiecti non debent recipi amplius ĩ eiſdẽ monaſterijs. pone exẽplũ in ordine ſancti bñdicti. nã ter fugiẽs nõ ẽ amplius recipiẽdus. ſ iſte tex. ꝓuidet ne habeat occaſionẽ vagandi ꝙ recipiatur ĩ proprio monaſterio. nõ tñ ꝙ viuat cum alijs ſed ſtabit in arto loco vt in

ergaſtulo ſeu in arta camera. ¶ Vltimo no. ꝙ ab-
bas pōt excōicare monachū ⁊ qđ plus ē poteſt face
re denūciare excōicatum ab eccliaꝝ prelatis ſi ē fu-
gitiuus ⁊ remanet extra monaſteriū. ¶ Sed quia h̄
fit mentio de fugitiuis ⁊ eiectis quis dicaꝛ fugitiuꝰ
So. dic h̄ ſm Jo. an. fugitiuū eſſe qui moraꝛ extra
monaſteriū ⁊ celat ſe ſuo abbati. ꝓ hoc. l. qđ ſit fu-
gitiuꝰ. ff. de edi. edic. ⁊ dic vltra eū ꝙ corpo ꝙ religi
oſus recedit a monaſterio ⁊ nō eſt ſub obedientia
ꝑlati eſt apoſtata. no. Inno. in. c. ſi. de renū. Quid
aūt ſi intrat aliud monaſteriū. dic vt no. in. c. ex pte
de temp. or. ⁊. c. ioannes. ē. e. Eiectus vero diatur
qui a ſuo ſuperiore fuit eiectꝰ a monaſterio culpa ſua
forte exigente. ¶ Scđo queriꝛ quid ſi fugitiuꝰ vel
eiectus aliquid acqrit extra monaſteriū. Dic reſpe
ctu fugitiui ꝙ aut nō mutat ſtatū ⁊ tūc acqrit mona
ſterio. vnde abbas pōt eū vendicare cū omnibꝰ ac-
quiſitis ſicut ſeruus acquirit dn̄o. vt ē caſus in. d.
c. abbates. vide Inno. in. c. cū olim. j. de priuile. fa
cit. l. j. ⁊. l. poſſideri. ff. de acqui. poſ. Aut mutat ſta
tū. ⁊ hoc pōt dupliciꝛ cōtingere. aut ꝓmoueꝛ ad ec-
cleſiā ſecularē aut intrat aliud monaſteriū. ꝑmo ca
ſu ea que acquirit intuitu eccle cedūt eccle. vt. ſ. c.
cū in officijs. de teſta. ⁊ in. c. relatum. eo. ti. Aut ac-
quirit intuitu pſone ⁊ acquirit monaſterio. quia re
manſit monachus ſui monaſterij ex q̄ nō fuit legi-
time ꝓmotus ad eccliam ſecularem. ſecꝰ dic ſi fuiſ-
ſet legitime ꝓmotꝰ. nā tūc nullā habet cōionem cuꝫ
monaſterio. xvj. q. j. c. ne pro cuiuſlibet. ſed acqrit
ipi eccle ſeculari ad quā legitime fuit ꝓmotꝰ. xviij
q. j. c. j. Aut dubitaꝛ vtrū acquiſiuit intuitu pſone.
aut eccle ⁊ tunc recurrendū ē ad cōiecturas vtruꝫ
habuerit a ꝓpinquo aut ab extraneo. vt in. c. requi-
ſiſti. de teſta. Si vero intrauit aliud monaſteriū. et
tūc aut minꝰ legitime ⁊ reuocaꝛ cū oībus acquiſitꝭ.
vt in. c. ioannes. ē. e. aut trāſiuit legitime ⁊ ea que
acquirit ante ingreſſū ſecūdi monaſterij cedūt pri-
mo monaſterio qꝛ ante ingreſſū ſecūdi remāſit mo
nachus primi monaſterij. ar. xxj. q. ij. ſi qs iam. qđ
ꝓcedit ſm doc. etiā ſi habuiſſet licētiā intrandi aliđ
monaſteriū. qđ no. ſed poſt ingreſſū ſecūdi acquiri
tur ſcđo monaſterio. ar. in. d. c. ſi quis iam. ⁊. d. c. j
Circa eiectos vero dic vt no. in. c. j. j. de langui. ⁊ i
d. c. abbates. xviij. q. ij. vide qđ dixi in. c. ſicut nob.
ē. eo. ¶ Sed quero circa ꝑdicta. qꝛ tex. loquiꝛ de ꝑ
ſidentibꝰ patribꝰ abbatibꝰ ⁊ ſuperioribꝰ quid de infe
rioribus vł de his qui nō habēt patres abbates vt
cōmuniter reperiꝛ in ordine ſancti benedicti. Sol.
iſte tex. nō aperit intellectuꝫ nec doc. ſed pōt dici ꝙ
ſi iſti cōgregāt caplm ſui ordinis tūc preſidentes h̄
habebūt facere qꝛ hec lřa nō ſolum dat ptātem ab-
batibus generalibꝰ ſed etiā preſidentibꝰ capitulo ꝟ
vbi nō facerent caplm nunquid quilibet abbas ſui
monaſterij poſſit facere cōtenta h̄. dic ꝙ pōt ⁊ dꝫ re
uocare fugitiuos. vt in. d. c. abbates. ⁊ credo eum
peccare niſi reuocet ꝗuis regula hec nō patiatur.
qꝛ mēs huiꝰ cōſtitutiōis vendicat ſibi locū in quoli
bet monaſterio. ſed iđ h̄ papa facit mentionē de ge
nerali abbate. qꝛ abbas ſpēalis non curabat qnq̄
reuocare monachos fugitiuos ⁊ eiectos. Item ab-
bas ſpecialis nō poteſt cōpellere monachos alteriꝰ
monaſterij ad recipiendū iſtos q̄ nō poſſūt colloca
ri ſine ſcādalo proprij monaſterij. ꝟ hoc faꝛ abbas
generalis auctoritate dn̄i pape. ⁊ ſic tanq̄ delegatꝰ
ipſius vt pꝫ in tex. ibi auctoritate noſtra. ꝓ ſignifica
to iſtorū verboꝝ vide texꝛ. cū gl. in. c. j. de de. egro.
li. vj. ⁊ in. c. cū aliquibus. de reſcrip. eo. li. ⁊ ponde
ra. qꝛ hec verba fuerūt adiecta ſolū in eo caſu q̄ nō
poterāt iſti recipi ſm prouiſionē regule. vnde fuit
opus ꝙ auctoritas pape intercederet. reliqua vero
puto ꝙ iure ipſorum pn̄t ſuperiores h̄ facere per iura
ſuperius allegata ⁊ ſic tēpera dicta doct. hic. ¶ In
glo. ſi. in ſi. vel diſtingue latius ſm hoſti. ꝙ aut iſte
obtulit bona monaſterio ſufficientia ⁊ tunc ex illis
bonis ſuſtentabiꝛ. ar. in. c. de lapſis. alle. in gl. aut
nulla obtulit aut nō ſufficientia ⁊ tunc ſi vtrūq̄ mo
naſteriū ē ſufficiēs teneꝛ primū propter memoriaꝫ
priſtine fraternitatis. ar. in. l. ſeruos. C. de queſti.
aut ſecūdū tm̄ eſt ſufficiens ⁊ illud teneꝛ. ar. ſ. c. pa-
ſce. lxxxvj. di. aut neutrū eſt ſufficiēs ⁊ teneꝛ proui
dere eps qui habet ꝓuidere omnibꝰ indigentibus
nō valētibꝰ ſibi q̄rere victū. lxxxij. di. ſ. §. j. ⁊. c. ij.

¶ De conuerſione coniugatorū. ℞ica

¶ Supra viſum eſt de regularibus in genere ſed
qꝛ cōiugati qnq̄ intrāt monaſteriū ⁊ dubitari poſ-
ſet de coꝝ ingreſſu iđ ad clariorem doctrinam au-
ctor poſuit ſpecialē rubricā. đ materia habeꝛ. xxxiij
q. v. ⁊. xxvij. q. ij. c. ſunt qui. cum. ix. c. ſe. ⁊ cōuenit
j. de rap. c. penultimo.

p **Preterea.** Si vir de vxoris
licentia profiteꝛ
vxor ipſa ſuſpecta nec cōtinētiam
vouet nec religionē ingrediꝛ eps
vxori virū reſtituet. h. d. iuxta litte
ram. nā habet varios intellectꝰ. vt
j. videbimꝰ. Cōis diuiſio. ſcđa ibi dicimꝰ. ¶ Nota
ꝑmo ꝙ ꝓfeſſio fit ſacerdotibꝰ ⁊ monachis pn̄tibus
dic tm̄ meliꝰ ꝙ h̄ recitaꝛ factū vł ſolennitas facti. ſed
de iure ad ſubam ꝓfeſſionis h̄ nō ē neceſſariū. ſed
ſatis eſt ꝙ recipiaꝛ ꝓfeſſio ab habēte ptātem incor-
porandi religioni. vt ſ. c. ad aplicam. ē. ti. px. ⁊ no.
in. c. porrectū. e. ti. ¶ No. ſcđo ibi. igrante epo. arg.
ꝙ piuꝝ nō dꝫ intrare religionē igrante epo. rō qꝛ cū
ex h̄ ꝯtingat mrīmonij q̄ ad thoꝝ ſepatio nō dꝫ hoc
fieri cū ſit ſacrm̄ in eccla dei ſine licētia epi q̄ in hoc
ē vicariꝰ xp̄i. xxxiij. q. v. c. mulier. ſi tm̄ hoc fiat ſine
licētia epi q̄ in h̄ ē vicariꝰ dei tenet ingreſſus. vt cla
re ꝓbaꝛ in ſi. littere. ⁊ tenēt doc. ſequiꝛ etiā Fre. ꝯſi.
xxxvj. ⁊ vide gl. no. xxvij. q. ij. c. ſi vir ⁊ vxor. ¶ No
ta ꝙ ſola mulieri licētia non ſufficit vt mariꝰ intret
religionē. ꝟ oportet vt ipa voueat ꝯtinētiā vel etiaꝫ
intret religionē. ⁊ dic vt. j. latiꝰ dicā. ¶ In gl. ſi. ibi
ꝟ tene primū. vult ꝗ gl. ꝙ ſola vxoris licētia nō ſuffi
ciat vt teneat ꝓfeſſio mariti. ego putarē ꝙ vbi vxor
fuiſſet certificata ſeu fuiſſet iuris conſcia. quia tunc
dando licētiā tacite videꝛ vouere ꝯtinētiaꝫ ⁊ ſic nō
reuocareꝛ ingreſſus mariti. rō qꝛ q̄ vult vnū videꝛ
velle omne id ꝑ qđ perueniꝛ ad illud. c. prudentiā.